

17 Ut valeret & praevaleret religionis titulo superstitiones execrandae; in Etruria ubi magis floruit hujusmodi obsequium, finxerunt Tagetem, mirè natum. Tages (inquit Festus) Genij filius, nepos Jovis, puer dedisse dicitur, aruspicij disciplinam duodecim Etruria populis. Idem Martian. Capell. 2. de Nuptijs. Philolog. Columell. de Re rustic. 10. Capitolin. in Diocletian. fusèque Jul. Caesar Bulenger, toto lib. de Augurijs & auspicijs; quem Dempster. sequitur in 3. Rosin. cap. 8. Modus apparitionis hujus demonis in figura hominis, promitur à Gyrardo, Syntagm. 1. n. 119. Tages Deus habitus apud Etruscos, aruspicina inventor. In agro, cum terra paulum araretur; Tages quidam repente extitit, qui aratorem ipsum afflatus, dicitur. Is autem Tages puerili formà apparuit, est prudentia senili: verum cum ad ejus aspectum bubulcus obstupesceret; voce territa inclamavit. Quo evenit, ut brevi tempore magno quidem concursu permulti convenerint. Tunc Tages multis audientibus, complura locutus est; quae diligenti cura excepta sunt, ac litteris commendata. Non aliud Tagetis verba continebant, quam aruspicina disciplinam: qua multis subinde observationibus aucta, amplior facta est; sic ut in ea fulminum fulgurumque & ostentorum scientia traderetur. Eadem Isidorus, 8. Origin. cap. 9. Totum articulum graphicè describit Ovidius, 15. Metamorph. fab. 47.

Tagetis apparitio, & distatio.

Ovid.

Favitas aruspicine.

Amazone natus
Haud aliter stupuit, quam cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam medijs aspexit in arvis,
Sponte sua primùm nulloque agente moveri;
Sumere mox hominis, terraeque amittere formam,
Oraque venturis aperire recentia fati.
Indigena dixerunt Tagen, qui primus Etruscum
Edocuit gentem, casus aperire futuros.

18 Hic stupor gentis, cognosciturque quis fuerit, dicente Isidoro, d. Aruspiciam dicitur, & postea non apparuit. Quae die è gleba natus, mortuus est. Plenissimè script Labeo de hujusmodi stultitia, Tagetis exponendo oracula. Accipe duo in curiositatem Tagetis Themata. Visum leonem, exitialem pugnaturis, puta. Capitolin. quò dudum. In libris Tagis est observatum, tangendos mox fulmine, adeo hebetari; ut nec tonitru, nec profundos fragores queant persentiscere. Rhodigin. 3. cap. 29. Unde scivit? Poterat dici à daemone, qui tactus fulmine. Semper malè apud prudentes audiunt, equivoquè aruspices respondent, ne mendaces inveniantur. Nil enim profectò sentiunt,

& fatuis sentire fingunt. Ad unguem Lucanus, consultis auguribus, 1. de Bell. Pharsal. à v. 634.

Inferni venere Dei: non fanda timemus:
Non venient majora metu. Dij visa secudent,
Et fbris sit nulla fides: sed conditor artis
Finxerit ista Tages: flexu sic omnia Tusci
Involvens, multaque tegens ambage canebat.

Lucan.

19 In Arcadia sacra Jovi Philio, id est amicitiarum Praesidi & Conciliatori. Artemidor. 4. cap. 83. Causa disidij fuit Junonis zelotypia: equidem videns Paphum Jovis ex Jone filium, per patrem Aegypti Regem, necem ejus molitur, Titanisque hortatur, Jovem ut regno pellant, atque Saturno restituant. Hi cum conarentur in caelum ascendere; eos Jupiter cum Minerva & Apolline & Diana in Tartara praecipites dejecit. Atlanti autem qui dux eorum fuit, coeli fornix super humeros impositus, ut pondere poenas lueret. His ergo retentis in barathro (videtis Hygin. fabul. 150.) persuasus à Themide ut cum Dijs amicitias faceret, cunctos in gratiam restituit; ac Arcades in rei memoriam, exerunt templum juxta curiam Jovi Servatori & Philio, sussultum circumquaque columnis, & exornatum. A dextra parte Jupiter in solio sedens; à lava Diana Sospira simulacrum. Extrema porticus latus alterum Magnarum Dearum circumseptam arcem continet. Sunt enim Magna Dea Ceres & Proserpina. Pro area aditu signa erecta spectantur, quae Diana, Esculapius & Salus. Praestant puella duae talaribus amicta tunicis, calathos utraque capite floribus refertos ferens. Sed qui ad caelites signa illa referunt, Minervam & Dianam floribus collectis in Proserpina comitatu, dicunt. Ad Cereris pedes Hercules collocatus est: Hora praeterea duae, & Pan fistulata, Apollo citharà canens. In mensa Nympha eminent: Nais inter eas, infantulum Jovem in gremio serens: alia facem praefert, altera hydriam, phialam altera. Intra circumseptum ambitum cella est Jovis, amicitiarum Praesidis, Philium appellat. Haec tenet Pausan. cap. 263. Ad Gyrardum, Syntagm. 2. n. 21. Antiochia sub eodem titulo Jovis Philij fuit etiam templum & oraculum, in quo non voce statua, sed motu gestuque capitis & oculorum, ac totius vultus, vel aridente hilaritate, vel corrugata ac refugiente torvitate, annuere requisitis, vel petita abnuere, signabat. Majol. Tom. 2. D.C. colloq. 1. pag. 360. Vide diem 30. n. 24.

Sacra Jovi Philio.

Atlas multatus.

Templum Philij Jovis.

Magna Dea.

20 Eodem die fuga Mithridatis ab obsidione Cizyci, & Luculli de eo victoria ad Gra-

Granicum. Plutarch. in Lucull. Vid. diem 14. n. 16. Cizycum triumphans ingreditur Romanorum Imperator, & à civibus usque caelum extollitur, honoribusque dignis perfunctus, vestigia Regis Ponti persequitur, adjuvante Minerva: equidem prospero faustoque Marte certamine inito ad flumen Granicum (quò primà Magni Alexandri victoria de Persis) viginti millia hostium obruncavit, vel ingruente copiosa nive. Dicitur (inquit Plutarchus, & Briet. ann. V. C. 681.) ex tota militum & eorum qui castra secuti fuerant, multitudine; haud multò pauciores trecentis millibus periisse. Cum in Troadem Lucullus pervenisset, in templo Minervae tentorium fixit. Noctu autem in somnijs, Deam sibi visus est videre adstantem atque dicentem:
Quid dormis leo? Haud procul absunt bimuli. Inde noctu surgens aggressus classem, Praefectos debellavit, ita ut Mithridates in regni interiora fugeret. Cur is adversam, immò in eum praesiantem, ut vidimus loc. cit. expertus est bellatricem Minervam; dicit idem ibid. Nam Diana Priapina ira fertur, Mithridatem tempestatem evasisse, ulciscens templum suum à Ponticis direptum, & simulacrum ablatum. Tunc enim in signum triumphi Luculli, laurus in platano nata est. Theophrast. 2. cap. 23. & 5. cap. 4. Apulejus in Apolog. de Magia ex Varrone refert, Tralibus de eventu Mithridatici belli magica percontatione consulentibus, puerum in aqua simulacrum Mercurij contemplantem, quae futura erant, 160. versibus cecinisse, Idem apud Vives, in 7. Civ. Augustin. cap. 35.

Victoria Luculli ad Granicum.

Illi apparet Minerva Iliensis.

Diana Priapina.

Prodigium in Luculli victoriam.

Minerva Iliensis Palladium prius.

Ejus templum.

lustrium, quae ibi suspendebantur, ut vidimus 12. Januar. n. 7.
22 Etiam exteri simulacrum magnopere venerabantur, & sub ejus titulo aubifana erigebant, ut patet ex templo in Daubifana, ubi imago Minervae Iliensis, uti asserit Aelian. Animal. histor. 11. cap. 5. canibus templi custodibus, qui Graecis advenientibus blandiri, Barbaros allatrare praedicant. Fufius, 11. April. n. 6. In illa celebri Persarum Regis in Graeciam expeditione, ait Herodot. 7. n. 17. de Troja loquens: Eò Xerxes postquam pervenit Priami Pergamum ascendit, loci visendi cupidus: quod ubi contemplantus est, & singula quaeque eorum audivit, Minervae Iliadi mille boves immolavit (idem Caesar Bulenger. Eclog. 6. ad Arnob. de Persis) quarum libamine Magi Heroibus parentaverunt. His actis terror per noctem exercitum invasit; illinque moverunt, simulatque illuxit. Mira in hoc templo visa & audita astu daemone, ut glisceret simulacri veneratio, & cresceret in rudibus superstitione. Unde Plinius, 2. cap. 96. In Nea (inquit) oppido Troadis non impleuit circa simulacrum. In eodem & relicta sacrificia non putrescunt. Lucus ibi erat Minervae sacer: Aelianusque 12. de Histor. Animal. cap. 39. inquit: Halia Sybaridis filiae quum in Phrygia lucum ingressa esset; draco quidam sacer, praegrans apparuit, & cum ea coivit; unde Ophiogena dicti, primam sui generis originem trahunt. In Africa vocantur Pysyllij. Varro, 1. Rer. humanar. Muret. Variar. cap. 22. Plin. 7. cap. 2. Ophiogones serpentum ictus contactu levare solitos, & manu imposita venena extrahere corpori. Eadem lib. 28. cap. 3.

Xerxes summe veneratur.

Ibi nec pluit, nec vitima praetrescunt.

Unde Pysyllij.

23 Alexander Magnus anno aetatis 29. & regni 9. conatur Oceanum videre, & experiri. Diar. Callisthen. Infamia fuit, sicut alia multa, in quibus fortuna cessit, educens illum sine discrimine in majori discrimine. Latè refert Curtius, lib. 9. cap. 9. & Plutarch. in eo. Expectavit verum tempus ut possit reverti in Persidem per Carmaniam, uti dicemus, 3. Mart. n. 27. Dimisit exercitum: pars darta Nearcho, quae classe litrus legeret: per Gedrosiam & Carmaniam (inquit Turfelin. ann. V. C. 427.) terrestri itinere alteram ipse suscepit deducendam. Quid autem passus est hic terra marique exercitus; incredibile non esset, nisi ab Alexandro ejusque militibus toleratum esse, diceretur. Percitus vanissima delirus gloria, parvipendebat pericula. Ambiguum profectò, an ille vel ejus fortuna infanior. Videtis Marc. Senecam, Suasor. 1.

Alex. Magnus pervenit in Oceanum.

per Gedrosiam & Carmaniam.

Ut

24 Ut periculum elusit, quicquid
perpeſſum reflexit in gloriae luxum ac ri-
libilem fastum. Arma ad pristinum reſecta ſunt
cultum, quippe haud procul à Perſide aberant,
non pacatà modò, ſed etiam opulentià: igitur
amulatus Patris Liberi non gloriam ſolum, quam
ex illis gentibus deportaverat, ſed etiam ſanam
(ſive ille triumphus fuit, ab eo primùm inſti-
tutus, ſive bacchantium luſus) ſtatuit imitari,
animo ſuper humanum faſtigium elato. Vicos per
quos iter erat, floribus coronisque ſterni jubet:
liminibus ælium crateras vino repletos, & alia
inſignis magnitudinis vaſa diſponi. Vehicula de-
inde conſtrata, ut plures capere milites poſſent;
in tabernaculorum modum ornari; alia candi-
dis velis, alia veſte pretioſa. Primi ibant ami-
ci & cohors regia, varijs redimita floribus co-
ronisque: alibi tibicinum cantus; alibi lyra ſo-
nus audiebatur. Item in vehiculis pro copia cu-
juſque adornatis, comestabundus exercitus, ar-
miſque maximè decora erant circumpendentibus.
Ipsam convivaſque curruſque vehebat, crateris au-
reis, ejuſdemque materia ingentibus poculis pra-
gravis. Hoc modo per dies ſeptem bacchabundum
agmen inceſſit: parta prada; ſi quid victis
ſaltem adverſus comestantes animi fuiſſet. Mille
hercule, viri modo & ſobrijs, ſeptem dierum cra-
pula graves in ſuo triumpho capere poterunt.
Sed Fortuna, quæ rebus ſanam pretiumque con-
ſtituit; hic quoque militia probrum vertit in glo-
riam. Hucusque Curtius, d. cap. 10.

Trium-
phus, ſeu
Bacchanalia
Alexandri
ex India.

Ingreſſus
Alexandri
ex India in
Perſidem.

Aurum ſa-
minis di-
ſtributum.

25 Haud quievit crapula, ſed quò
ſunt pota, plus ſitiuntur vina: equidem
ut ad Gedroſiam pervenit; commeatum
à proximis Satrapis & Regibus affatim
paratum invenit. Ibi reſecto exercitu, qua-
ſi antea acta orgia non fatis in ingluviem &
Bacchi obſequium; ſeptem diebus co-
meſtando Alexander archibacchus, am-
phoras perſiccando gaudibundus pertran-
ſivit. In Regiam Gedroſiæ cum perveniſ-
ſet, iterum feſtos agens dies, exercitum
recreavit, ac ingreſſus in Perſidem au-
rum ſœminis diſtribuit. Mos Regibus Per-
ſiæ fuit, ut quoties in eam regionem
veniſſent; aurum ſingulis Perſarum mu-
lieribus dividerent: ideoque ferunt, quò-
ſdam Reges raro, Ochum nec ſemel qui-
dem in Perſidem veniſſe; ſed ob tenaci-
tatem, voluntarium ſibi à patria exilium
indixiſſe. Ita Plutarch. in Alexandr. ſimul-
que reſert quomodo ex India ſinibus iter
pedeſtre agentem, in Perſidem haud in-
duxiſſe bellicarum copiarum quadrantem;
cum ſecum in India habuiſſet centum vi-
ginti peditum, & quindecim equitum
millia. Graves enim morbi, victus iniqua

ratio, æſtus in ſumma ſiccitate, multos,
plures fames, incultam peragiantes regio-
nem, ſuſtulerat.

26 Labores, profecto; ſed non ut ip-
ſe Alexander reſert in Epist. ad Ariſtotelem. In-
colæ, ſcribit, ſpecie obſequij ducentes exer-
citurum, deduxerunt, ut perirent univerſi in
loca ſerpentibus ſcatentia, cum quibus pug-
naturi; potiſſimèque cum ſiti & fame. Co-
acti qui ducebant, oſtendere dulcem aquam,
quippe priùs oſtenderant amariffimam; uti-
que demonſtrarunt, ſed in quolibet hauſtu
vitæ periculum: cum igitur circumcirca alia
non eſſet aqua, belluæ cum leonibus, ti-
gridibus, pardis, ac reliquis feris deſcen-
debant à ſpelæis in potum; cum quibus
tota nocte initum prælium, in quo plu-
res fato functi: quim vel in aqua tuti poſ-
ſent eſſe, eò quòd è gurgite emergentes
hippopotami, in milites irruentes, tru-
cidabant. Recedentes ab aquis juxta ne-
mora caſtra collocarunt: verùm nec ex-
pertes periculi, quamvis illud caventes
morabantur circumſepti: ex improviſo
igitur radiante Luna, arreſtis caudarum
aculeis innumeri ſcorpiones confluxerunt
cum quibus acre certamen. Non enim
pugnabant pro victoria, ſed pro vita.
Pugnabat orbis terrarum contra inſen-
ſatos: etenim pericula fugiebant, & quo-
tidie occurrebant majora; uti dum inci-
derunt in agmen aſpidum, regulatorum,
dipladum, cerastarum, aliorumque in-
cognitorum ſerpentium, exerentium tri-
ſulcas linguas; ſupervenientibus alijs mon-
ſtris, quæ ex Epist. præfata reſert Munſterus,
5. Coſmograph. à cap. 120. qui addit: Alexander
locorum demonſtratores, qui cum ſemper in inſidias
deducebant, peſſimè meritos cruciſtragio puniri juſſit.

Pericula
totius exer-
citus ex la-
dia in Per-
ſidem.

DIES XVIII. FEBRUAR.

1 Grad. 28. Solis in Aquario, in XII. K.
quo malus Argos navis cum Vir-
gine veſpere incipit occidere, ſpirante Favonio.
Ptolom. cujus influxus in occaſu deſcribit
Pontan. 3. Uran.

At ubi ſe oceano immerſat, ſi frigida cani-
ſtella ſenis radios impigit forte nocentes;
Illos Euboicæ cautes, diruſque Caphareus
Expectant, illos migrantibus acta procellis
Haurit hyems, latus aut ſcopulo diſſringit acuto.
De Argo latè Iſagog. Septembr. à n. 7. Cicer.
in Phœnom. & Hygin. fab. 14. ſuccinuit:
Sic converſa vetus ſuper æthera labitur Argo:
Inde gubernaculum tendens à puppe volante
Cla-

Pontan.

Navis Ar-
gis occa-
ſus.

Clari poſteriora canis veſtigia tangit,
converſam præ ſe portas cum lumine puppim.
Cicer. Sinister humerus Booti veſpere oritur. Junctin.
K. A. Vir ex vaſculo bibens. Sph. Arab. Eo-
dem anno & menſe quo fato functus Sem,
Sale obit. ut dicemus die 28. n. 1. obit Sale, pater He-
ber. Torniell. ann. 2156. n. 3. ſed in hac die,
decem ante mortem Sem dicit Eutyech. An-
nal. Alexandrin.

Sale obit.

Nuptia ſi-
lie Pharao-
nis cum Sa-
lomone.

2 Hac in die ſolemnitas nuptiarum ſi-
liæ Pharaonis cum Salomone (ita Anton.
Honkala in Paraphr.) interventu David, ut
placet Sanctio, num. 15. in 3. Reg. 3. 1. ſed
aptius Brietio, poſtquam in regno firmatus
fuit Salomon: & in Gabaon accepit ſa-
pientiam cœlitus. Unde verius ait: Nup-
tia ſilie Pharaonis cum Salomone, à Davide vi-
vo longè antea conciliata. Ex contextu li-
quet: Accepit namque ſiliam ejus, & adduxit
in civitatem David (Maluend. comum) do-
nec compleveret adificans domum ſuam: v. 1. Re-
fragar jurè, quippe 2. Paralip. 8. 11. di-
citur: Filiam Pharaonis tranſiit de civitate Da-
vid, in domum quam adificaverat ei: dixit
enim Rex: Non habitabit uxor mea in domo
David, Regis Iſrael; eò quòd ſanctificata ſit,
quia ingreſſa eſt in eam Arca Domini. Tunc
pater Ægyptiæ, Vapres nomine, Pharao
dignitate, & ultimus Pharaonum, juxta
ſententiam Joſeph. 8. Antiq. cap. 2. conſide-
rans gratum genero, extirpare penitus Cha-
naanæum de terra promiſſa; adoritur, qui
habitabat in Gazer, civitate munitiſſima in
forte Ephraim (de qua Adrichom. n. 46. &
Hieron. in Loc. Hebræic.) quam occiſis ha-
bitatoribus diruit. 3. Reg. 9. 16. Pharao Rex
Ægypti, aſcendit & cepit Gazer, ſuccendit-
que eam igni, & Chanaanæum, qui habitabat in ci-
vitate, interfecit & dedit eam dorem ſilie ſue,
uxori Salomonis. Statim reſtauravit Salomon,
deditque tribui, & ſub manu Jeroboam, af-
pidem fovens. Petrus Alexandrin. in Chronic.
pag. 215. aſſerit ſive pro dote ſilie, ſive pro
templi fabrica, Vaphren miſiſſe Salomoni
octoginta millia aureorum.

Antilogia.

3 An licitæ ejuſmodi nuptiæ, ſub lite-
trahitur à D. D. Claret inhibitiò, Exod. 34.
15. & Deuteron. 7. 3. Nonnulli dicunt, pro-
hiberi tantum connubia cum Chanaanitide:
verùm cum univerſis idololatriis vetitum eſ-
ſe; patet ex facris auctoritatibus genuinè
intellectis: haudquaquam ſi religioni ſuper-
ſtitioſæ renunciaverit, & adhæſerit vero Deo,
ut de ſilia Pharaonis dicitur Palm. 44. 11.
Obliviſcere populum tuum & domum patris tui.
Ritus abrenunciationis ſignantur, Deute-
ron. 21. à 11. Clarent exempla in Raab,
Ruth, Maacha uxore David, & alijs: nec

alio propoſito in bello Madianitico ad cam-
peſtria Moab, dicitur occiſis maribus, etiam
parvulis: Mulieres qua noverunt viros in coitu,
jugulate: puellas autem & omnes feminas virgines
ſervate vobis. Numer. 31. 17. Ita ergo licita
conjugia.

4 Sed ſurgit nodus difficilis. Inter con-
nubia lege prohibita, ſignatur Salomo-
nis & Ægyptiæ. Rex Salomon (dicitur, cap.
11. à 1.) adamavit mulieres alienigenas mul-
tas; ſiliam quoque Pharaonis & Moabitidas &
Ammonitidas, Idumeas & Sidonias & Herthæas;
de gentibus, ſuper quibus dixit Dominus ſi-
lijs Iſrael: Non ingrediemini ad eas. &c. Non
legitimum videtur Ægyptiæ conjugium,
dum numeratur cum expreſſe prohibitis.
Abulentiſis queſt. 5. aſſerit præcipuas par-
tes tenuiſſe, ut everteret Salomonem: ete-
nim cum ſe videret præ cunctis diligi, &
idola uxorum ſuperinductarum ab illo ado-
rari, ſculptilibusque templis extrui; compu-
lit Salomonem, ut Ægyptiaca læra intro-
duceret in Iſrael: ideoque ejus inter matri-
monia illicita computari. Sanctius hic n. 3.
cogitat nec ſine fulcro, Ægyptiam ample-
xam, deteſtatis ſimulacris, veram Religio-
nem ſaltem quoad ſpeciem; ne maritum
offenderet, & animum Regis à ſe idolis ab-
alienaret: verùm cum videret cuilibet Re-
gis uxori indultum, vivere religione patriæ;
voluit etiam ipſa, ut magis dilecta, depo-
nens ſimulationem, & religionis larvam, ex-
teriùs religionem demonſtrare, quam pri-
mis unguiculis arcè fovebat in pectore.
Unde Hebr. Adamavit maxime ſiliam pha-
raonis. Maluend. magis genuino ſententiæ
ſenſui adhæret; igitur haud intelligit rela-
tivum de illegitimis connubijs, ſed de ſœ-
minis alienigenis: q. d. præter ſiliam pha-
raonis, quam legitime duxit, ſuperinduxit
alias in uxores, ſœminas, quæ illum demen-
tarunt, & de quibus, ne facerent filij Iſrael,
præceperat Dominus, propter periculum
idololatriæ. Filia Pharaonis certe Catholica
fuit.

Antilogia.

Quinam
intuitus
dramatis
Cantico-
rum?

5 Ejus amore in celebratione nuptia-
rum, Salomonem non confeciſſe Cantica
Canticorum; aſſerit Alapid. ſed Febræi ad-
verſantur, & ſerè PP. aſſerentes jurè epitha-
lamium illud, ſive drama parabolicum ex
amoribus caducis elevatum myſticè in amo-
res cœleſtes, de intima filij Dei cum Spon-
ſa Eccleſia conjunctione ac charitate, repul-
ſa Synagogæ, electione Eccleſiæ, ex illa quæ
uſque illi conjuncta, vixerat in Gentilitate,
ut admiſſa in ſponſam non haberet rugam,
neque maculam. Ad rem Moncejus in Sa-
lomonic. hiſtor. accinit:

Ipſe